Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

preuaricacionē & miseriam inuocabo dic(it) se pph(et)a a dn̄o esse deceptū quia
in pricipio audiens proph(et)ā gentib; dedite. Ceterū ecce constitui te hodie
sup gentes & sup regna ut euellas & destrues & disp(er)das & disiperes & aedifices
& plantes arbitratus sit nihil se contra populū iudeorū sed contra diuersas
in circuitu naciones esse dicturū. Vnde & pph(et)iā libenter adsumpserit
& euenisse contricionē ut captiuitatē hierusalē p(re)dicans p(er)secuciones & an
gustias sustener(et). Q(uo)d que intulit factus sū in derisu tota die omnes subsanant
me eo q(uo)d estimarent illū uniuersa mentitū & cun(c)ta que praedixerat esse uen
tura mendacia fuerint. Et pph(et)ā eni putauerat statim futurū q(uo)d dn̄s mi
nabatur & populus estimabat nequaquā ultra uenturū q(uo)d statim non ue
nerat adque uoci feroz uastitatē babyloniā & iniquitatē ostiū p(er) quam
obprimendus sit populus meus. Sin autē sequimur. LXX. eo q(uo)d dixere quia
amaro uerbo meo ridebo preuaricacionē & miseriā inuocabo hic sensus est.
Scio presentē tristiciā futuro gaudio cōmutatā. Iuxta illud q(uo)d scriptū est.
Beati flentes q(uonia)m ipsi ridebunt & idcirco miseriā & iniquitatē adflictionē
quae libenter sustineo ita ut cupiā & inuocē meā sed breuitatem iniuriae
felicitatis & ernitate conpensem.
Quia factus ē mihi sermo dn̄i in obprobriū & in derisum tota diae & dixi non
recordabor eius siue non nominabo dnm nec loquar ultra in nomine illius
& factus ē in corde meo quasi ignis exestuans clausus que in ossib; meis defe
ci siue dissolutus sum ferre non sustinens. Audiui eni contumelias siue uitu
peracionē multorū & errorē in circuitu siue congregatorū undiq; p(er)sequimini
& p(er)sequamur eū clamantē me adque dicentē q(uo)d iam babylonius ueniret exer
citus & omnia ostilis gla. dius p(er)darentur. Versus ē mihi sermo dn̄i in obpro
briū adq; derisū dū tarditatē pph(et)iae putant esse mendaciū quā obrē in mea
mente decreui ut ultra ad populū dī uerbis non loquerer nec nomen illius
nominarē q(uo)d cum pudore supenetus uerecundiae quidē sed stultae consi
tuissem. Factus ē inquid in corde meo quasi ignis exestuans clausus que in os
sib; meis siue undiq; dissolutus sū ita ut ferre non possem conceptus eni animo
sermo diuinus nec ore prolatus ardet in pectore. Unde & paulus loquitur
si euangelizauero n(on) ē mihi gloria necessitas eni mihi incumbit.